



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africanam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. IX. De Ducatibus Mantuae, Mutinae, Urbini & Parmae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

CAPVT IX.

DE DV CATIBVS MANTVÆ,

*Mutina, Urbini, &**Parma.*

MANTVÆ, Virgilij Poetarum *Mantua.*
 principis patria, Ducem habet ex
 gente Gonzaga, qui & Montiferrati
 Ducatum obtinet, Paleologis exstinctis.
 Vincentius Dux an. 1608. ordinem militarem
Redemptoris Iesu Christi instituit, in
 honorem miraculosi sanguinis eiusdem
 Domini nostri, qui Mantuæ in templo pul-
 cherrimo Canonorum S. Andreae, magna
 religione, à multis retrò sæculis adseruatur.
 Fit eius mentio in veteri Chronico, quod
 Petrus Pithoeus edidit cum XII. Scriptori-
 bus coætaneis.

MVTINA & Rhegium Ducem ha- *Mutina.*
 bent ex gente Atestina, vulgò Estensi, quæ
 olim Ferrariæ Ducatum pro titulo ac sede
 primaria obtinuit. Sed ann. 1598. Clementis
 VIII. Pont. Max. operâ, Sedi Apostolicæ di-
 tio illa est restituta.

VRBINVM Ducem habet ex gente *Urbina.*
 Roborea: cuius vrbis Archiepiscopo sex E-
 piscopi suffragantur, *Leopolitanus, Pisaurien-*
sis, Calliensis, Eugubinus, Foro-Sempronien-
sis, & Senogalliensis. Quæ opida omnia spectant ad
 Ducem Vrbinatam.

C

PAR-

Parma.

PARMA & Placentia Ducem habent ex gente Farnesia, beneficio Pauli III. Papæ. Vtriusque vrbis Episcopi suffragantur Archiepiscopo Bononiensi, vt & Episcopus Burgi S. Domnini, in ditione Parmensi, per Clementem VIII. constitutus.

CAPVT X.

RESPUBLICAE LIBERAE, VENETA,
Genuensis, Lucensis, & Ra-
gusina.

*Venetia.**Genua.*

IN Italia tres sunt Respublicæ liberæ, *Ve-
neta, Genuensis & Lucensis*, & vna trans
mare Adriaticum, *Ragusina* scilicet, in
Dalmatia. Omnium vetustissima ac poten-
tissima est Veneta: ponè sequitur Genuen-
sis, quæ (vt & Lucensis) nominis Hispanici
est studiosissima; vt è contra Veneti Gallis
sunt addictissimi. Ragusini, moribus & lin-
gua Italis similes, partim armis, partim an-
nuâ pensione Turcis præstari solitâ, liber-
tatem tuentur.

Luca.

Luca Episcopum habet Apostolicæ Sedis
immediatè subiectum, qui in sacris ius ha-
bet Pallio vtendi.

Ragusin.

Ragusium, olim Epidaurus, iacet in Dal-
matia, ex opposito Italiæ, & habet Archie-
piscopum: cui suffraganei sunt Episcopi
Stagnensis, & Tribuniensis, (quæ sunt opida
eius-